panem angelorum nobiscum hodie gustare debes. Vix sermonem archi-
episcopus compleverat et ecce ignis divinus de celo descendens super capita singu-
lorum. Odore sancto omnes suavitate tanta repleti sunt quod miles ille non
sentiret utrum in corpore tantum vel in spiritu raptus esset. Et dixit episcopus: Hoc cibo
omni die semel pascimur adeo. Sed celestes cives omni hora fruuntur.
His itaque omnibus rite peractis dixit archiepiscopus ad militem: Modo ka-
rissime omnia vidisti que tibi deus ostendit. Et ecce nunc tempus est ut rever-
taris. Non enim potes nobiscum diutius manere quousque ad obieris. Tunc au-
xiliante deo si perseveraveris in fide vera et actione tunc redibis ad socie-
tatem nostram. Vel certe si minus perfectus eris in tua vita premitti poteris in
statu quiete anima tua premissis nobis prevenis per dei adiutorium
ad regnum celorum. His itaque auditis miles de recessu suo gra-
vatus est nimis quod lugens de paradyso eo quod tanta bona felicitate ad secu-
lum debet redire. Eademque via qua venerat reversus, ita tamen quod non pa-
teretur aliquid corporis adversa, non sentiret tormenta, non malignum spiritus in a-
liquo poterat vexare eum. Sed antequam appropinquasset stationi vise illo evanu-
erunt. Cumque per penas reversus, ad aulam supradictam. Ecce xv.
fratres qui primo ei apparuerunt iterum venientes ipsum salutaverunt ac lau-
dantes et benedicentes deum pro omnibus suis beneficiis quod militem suum a tanto grandi
periculo liberavit. Tunc fratres dixerunt illi: Scimus quod a peccatis tuis pur-
gatus es ex toto. Nunc decetero caveas tibi et servies deo studiose et
deus reddet tibi mercedem plenissimam et vitam sempiternam. Ecce iam in
patria tua aurora clarescit, tempus quoque est ut revertaris. Nam prior
claustri te post missarum sollempnia non ad portam reperit, desper-
ans de reditu tuo ianuas vie istius recluderet atque obse-
rata iam porta redibit. Sicque benedictione ab illis recepta cum
gratiarum actione revertens pervenit ad portam ubi iam prior presto-
labatur militis adventum. Quem cum gaudio prior cum aliis cleri-
cis excipientes cum ymnis et canticis deduxerunt retinentes ipsum
fere per xv. dies in suo cenobio perscrutantes ab eo omnia ista